



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Oratio quam solitus erat recitare, & vocabat Orationem Congregationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

COLLECTIO
VARIARVM RERVM
SPIRITUALIVM

A

IOANNE BERCHMANNO

AD SVI UTILITATEM
LATINE CONSCRIPTARVM,

QVÆ

VSVI ESSE POSSVNT
ET IAM ALII S.

*Oratio quam solitus erat recitare Ioannes,
& vocabat eam Orationem Congrega-
tionis.*

SANCTA Maria , Mater Dei,
& Virgo , ego N. te hodie in
Dominam , Patronam , & Ad-
uocatam eligo , firmiterque
statuo ac propono , me num-
quam te derelictum , neque contra te ali-
quid vñquam dicturum aut facturum , ne-
P que

que permisurum vt à meis subditis aliquid contra tuum honorem vñquam agatur. Obsecro te igitur , suscipe me in seruum perpetuum , adfis mihi in omnibus actionibus meis , nec me deseras in horâ mortis meæ. Amen.

Diarium , quod sibi Joannes in Novitiatu collegit , ac seruandum conscripsit in Belgio.

PO S T Crucis signum, primò cum magno affectu Christum Dominum in cruce cruentum in brachijs meis fingam , & supra me B. Trinitatem: tum cogitabo, Deus Deus meus, ad te de luce vigilo : tum Deo Patri offeram Filium in gratiarum actionem pro omnibus beneficijs , & nominatim, quòd me hac nocte à peccato , morte subitaneâ seruavit , & iam iterùm concedat mihi gerere vestem Societatis: petam perseverantiam per B. Virginem , Angelum , B. Patrem , Patronum menstruum , & omnes Sanctos , &c. in fine Pater , Ave , tria oscula terræ , Credo, Anima Christi.

Ante opus. Intentio. O Deus meus, & omnia, cui omnes creaturæ seruiunt, gratias ago diuinæ bonitati tuæ , quòd me usque in hanc horam conseruare dignatus sis ; & propono per